UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Jnstitutio moralis philosophie metrica

**Horatius Flaccus, Quintus**

**Dauentrie, 1504**

Epistola p[ri]ma ad Mœcenatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70184

Visual Library

# Quintus Horatius Flaccus Venusinus

## Liber Primus Epiſtolarum.

### Argumenrum epiſtole prime

PRohemij munere fungitur hęc epiſtola Nam cum graui ore iam etate conſtitutus teneriora poemata omittere (q[uo]uis Mœcenatis rogatu ea ſuſcepiſſet) ⁊ res grauiores atq[ue] ex intima philoſophia deprom ptas vt ſibi ciuibuſq[ue] ſuis prodeſſet litteris mandare decreuiſſet. excuſat ingraueſcentem etatem veluti laſciuioribus nequicijs ineptam. ⁊ veluti preterite negligētie penitentia ductus ſuam in hec ſtudia properationem deſcribit Captat igitur beniuolentiam a perſona Mœcenatis cum illum dignum pronunciet: ⁊ quod olim laudatus ſit ⁊ quod rurſum deinceps laudandus captat a ſua: cum ſe veluti memorem gratumq[ue] beneficiorum commendet Captat a re ipſa que ad communem omniū vtilitatem pertineat Quin ⁊ ab eadem re magnitudine vtilitatis propoſita. auditores in ſummam attentionem adducere valet Quā dum ꝓponit ſimul ac docilitati inſeruit

### Epiſtola p[ri]ma ad Mœcenatem.

Prima dicte mihi ſumma dicende camęna
Spectatum ſatis ⁊ donatum iam rude queris
Mœcenas iterum antiquo me includere ludo:
Non eadem eſt etas: non mens veianius armis
Herculis ad poſtem fixis latet abditus agro:
Ne populum extrema totiens exoret harena
Eſt mihi purgatam crebro qui perſonet aurem
Solue ſeneſcentem mature ſanus equum: ne
Peccet ad extremum ridendus: ⁊ ilia ducat
Nunc itaq[ue] ⁊ verſus ⁊ cetera ludicra pono
Quod verum atq[ue] decens curo. ⁊ rogo: ⁊ oīs in hoc ſum
Condo ⁊ compono quę mox depromere poſſim
Ac ne forte roges: quo me duce quo lare tuter
Nullius addictus iurare. in verba magiſtri



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Liber primus

Quo me cunqȝ rapit tempeſtas deferor hoſpes
Nunc agilis fio. ⁊ merſor ciuilibus vndis
Virtutis vere cuſtos rigiduſqȝ ſatelles
Nunc in Ariſtippi furtim precepta relabor
Et mihi res non me rebus ſubmittere conor
Vt nox longa quibus mentitur amica. dieſqȝ
Longa videtur opus debentibus. vt piger annus
Pupillis quos dura premit cuſtodia matrum
Sic mihi tarda fluunt ingrataqȝ tempora. q̄ ſpem
Conſiliumqȝ morantur agendi gnauiter. id quod
Aeque pauperibus prodeſt locupletibus aeqȝ
Aeque neglectum pueris ſenibuſqȝ nocebit
Reſtat vt his ego me ipſe regam. ſoletqȝ elementis.
Non poſſis oculo quantum contendere lynceus
Non tamen idcirco contemnas Lippus inungi
Nec quia deſperes inuicti membra Glyconis
Nodoſa corpus nolis prohibere chiragra
Eſt quodam prodire tenus: ſi non datur vltra
Feruet auaricia miſeraqȝ cupidine pectus
Sunt verba ⁊ voces: quibus hunc lenire dolorem
Poſſis ⁊ magnam morbi deponere partem
Laudis amore tumes: ſunt certa piacula: que te
Ter pure lecto poterunt recreare libello
Inuidus: iracundus: iners: vinoſus: amator
Nemo adeo ferus eſt: vt non miteſcere poſſit
Si modo culture patientem commodet aurem
Virtus eſt vicium fugere: ⁊ ſapientia prima
Stulticia caruiſſe. vides que maxima credis
Eſſe mala: exiguum cenſum turpemqȝ repulſam

# ¶Epiſtolarum

Quanto deuites animi capitiſq; labore?
Impiger extremos curris mercator ad indos
Per mare pauperiem fugiens per ſaxa per ignes
Ne cures ea quę ſtulte miraris: ⁊ optas
Diſcere ⁊ audire ⁊ meliori credere vis?
Quis circum pagos ⁊ circum compita pugnax
Magna coronari contemnat olimpia cui ſpes
Cui ſit conditio dulcis ſine puluere palme:
Vilius argentum eſt auro virtutibus aurum
O ciues ciues querenda pecunia primum eſt
Virtus poſt nummos hec ianus ſummus ab imo
Perdocet: hec recinunt iuuenes dictata ſeneſq;
Leuo ſuſpenſi loculos tabulamq; lacerto:
Si quadringentis ſex ſeptem milia deſunt
Eſt animus tibi: ſunt mores: ⁊ lingua fideſq;
Plebs eris: at pueri ludentes rex eris aiunt
Si recte facies: hic murus aeneus eſto
Nil conſcire ſibi: nulla pallescere culpa
Roſcia dic ſodes melior lex: an puerorum
Nenia: quę regnum recte facientibus offert
Et maribus curijs ⁊ decantata camillis?
Is ne tibi melius ſuadet: qui rem facias: rem
Si poſſis recte. ſi non: quocunq; modo rem.
Ut propius ſpectes lachrimoſa poemata puppi
An qui fortunę te reſponſare ſuperbe?
Liberum ⁊ erectum preſens hortatur ⁊ optat
Quod ſi me populus romanus forte roget: cur
Non vt porticibus ſic iudicijs fruar yſdem
Nec ſequar: ⁊ fugiam. quę diligit ipſe: vel odit

## Liber primus

Olim quod vulpes ęgroto cauta leoni
Reſpondit: referam: quia me veſtigia terrent
Omnia te aduerſum ſpectantia: nulla retrorſum
Belua multorū capitū es: nam quid ſequar: aut quem
Pars hominum geſtit conducere publica: ſunt qui
Fruſtis ⁊ pomis viduas venentur auaras
Excipiantq; ſenes quos in viuaria mittant:
Multis occulto creſcit res fenore verum
Eſto alijs alios rebus ſtudijſq; teneri
Jidem eadem poſſunt horam durare probantes
Nullus in orbe ſinus bais prelucet amoenis.
Si dixit diues: lacus ⁊ mare ſentit amorem
Feſtinantis heri: cui ſi vitioſa libido
Fecerit auſpicium cras ferramenta theanum
Tolletis fabri: lectus genialis in aula eſt:
Nil ait eſſe prius melius nil celibe vita:
Si non eſt: iurat bene ſolis eſſe maritis
Quo teneam vultus mutantem prothea nodo
Quid pauper: ride. mutat cenacula lectos
Balnea: tonſores: conducto nauigio ęque
Nauſeat: ac locuples. quem ducit priua triremis.
Si curatus inequali tonſore capillos
Occurri: rides. ſi forte ſubucula pexę
Trita ſubeſt tunicę: vel ſi toga diſſidet impar
Rides: quid mea cum pugnat ſententia ſecum
Quod petijt ſpernit repetit quod nuper omiſit
Eſtuat: ⁊ vite diſconuenit ordine toto
Diruit. ędificat: mutat quadrata rotundis
Inſanire putas ſolemnia me: neq; rides

Nec medici credis nec curatoris egere
A prętore dati: rerum tutela mearum
Cum ſis: et praue ſectum ſtomacharis ob unguē
De te pendentis te reſpicientis amici
Ad ſummā. ſapiens vno minor eſt Joue diues
Liber honoratus: pulcher: rex deniq̨ regum.
Precipue ſanus: niſi cum pituita moleſta eſt

## Argumentum ſcd̕e Epiſtole.

Propoſuerat ſibi poeta p̄ceptis ſuis hoīes meliores reddēr ad ꝟtutes q̄bus ſolis ducib9 ad btā̄m vitā ꝑueniꝛ adhortari atq̨ oñ dere ſtulticia vñ oēs ꝑturbatōes pullulāt mortale gen9 infeliciſſimū fieri Qua ꝓpter tāto ꝯſilio atq̨ artificio ſcribit. vt q̄uis argumētū immutet tñ iocūda interpoſita varietate eādē repetat ſententiā quā in ꝑma ep̄la expſſerat Scribit itaq̨ ad. Loliū maximū vel rhetorē vel oratorē Demōſtratq̨ qd̕ oēs q̨ docti aſſerunt Homeri poeſim exēplar vere ꝟtutis ꝯtinere. et in iliade quātum detrimēti aīoꝝ nroꝝ ꝑturbatōes nobis afferant In odiſſea āt qd̕ virtus valeat ad bñ beateq̨ viuendū ꝓſequitur

## Epiſtola. ij. ad maximū Lollum

Troiani belli ſcriptorem maxime Lolli
Dum tu declamas rome: preneſte relegi
Qui quid ſit pulchꝛ: quid turpe quid vtile quid non
Planius ac melius Cryſippo et Crantore dicit
Cur ita crediderim: niſi quid te detinet: audi
Fabula que paridis propter narratur amorem
Grecia barbarię lento colliſa duello
Stultorum regum et populorum continet ęſtus
Antenor cenſet belli precidere cauſam:
Quid paris vt ſolus regnet: viuatq̨ beatus
Cogi poſſe negat: Neſtor componere lites
Inter peliden feſtinat et inter Atriden
Hunc amor ira quidem communiter vrit vtrumq̨